

fol. 1^v

im^e maiestate propria uideret responsum formam dei mortalibus oculis perspicere non posse, posteriora tamen eius **ut^f uideret** concessum **est^f**. Tabuleque, quas Moyses^g confregerat, refectę. Sed in hoc conloquio dei XL diebus **deuersatus^h** apud **deumⁱ** Moyses traditur. Cumque de monte descenderet tabulas **prę^j se ferens^j**, tanta claritudine facies eius **renitebat^k**, ut intueri eum populus non ualeret. sed cum mandata dei relaturus esset, uultum uelamento obtexit atque ita ad populum uerbis dei locutus est. Hoc in loco **tabernaculi^l** interiorumque eius edificatio **refertur^m**. Quo consummato nubes superne decidit. Atque ita tabernaculum obumbravit, ut ipsum Mosen **aditoⁿ** excluderet. Hec fere duobus libris Genesi adque Exodo continentur.

[I, 19,1] Exim^o Leuiticus liber sequitur, in quo litandi pręcepta traduntur, mandata etiam late superius legis^p adduntur, plena omnia sacerdotalibus institutis. Quę si **qui^q** cognoscere uolet, **rectius^r** inde capiet. Nos enim suscepti operis modum custodientes solam historiam **persequemur^s**. Igitur Leui tribu in sacerdotium segregata^t **dinumerata^u est per Mosen et Aaron ab unius mensis et supra omne masculinum¹⁴** /

fol. 2^r

[I 21,2] neque **obsidio^v facile^v**. Sed Ihesus deo fretus, non armis aut uiribus urbem adgressus ferri arcam dei **circum^w** muros iubet sacerdotesque preire arcam et tuba canere. Sed cum arca septies circumacta^x esset, muri ac turres conciderunt, **oppidum^y direptum^y** atque incensum **est^z**. Tum Ihesus **uidisse^a** deum traditur^b. Inde aduersus Geth ductus^c exercitus^d locatisque a tergo^e insidiis Ihesus metum simulans,

e) in *P b.* f) - f) uidere concessum *P b.* g) folgt **prius** *P b.* h) diuersatus *P b.* i) dominum *P b.* j) - j) praeferens *P b.* k) renidebat *P b.* l) tabernaculum *P.* m) referetur *P.* n) aditu *P b.* o) so *L.* p) so *L P b;* legi *ed.* q) quis *P b.* r) perfectius *P b.* s) persequimur *P b.* t) folgt reliquae tribus *P b.* u) dinumeratae, *danach folgt anderer Text, der in L nicht vorhanden ist bzw. sich nicht erhalten hat* *P b.* v) obsidioni facilis *P b.* w) circa *P b.* x) circumlata *b.* y) direptum oppidum *P b.* z) fehlt *P b.* a) fehlt *P b.* b) keine Lücke *P;* folgt Lücke *b.* c) unsicher *L.* d) exercitus *P.* e) folgt **urbis** *P b.*

14) Vgl. Num. 3, 15 ff.